

Roseū memoriale diuinorū eloquiorū Petri de Rosen:
chaym [illegible] Moralis Dialogi Gregorii Papę
Expositio Missę Metrica.
Defensio Hieronymi de vallibus.
Aegidij de Hossa conseruata
Homeliana Mercati O. Pr. et de fine mundi
Tractatus de arte et vero modo predicandi.

Vana vt in indice

Carmen Saphicum
et adonicum De sancto iohanne baptista.

De sancto petro et
paulo Apostolis ymnus doctissime mu
lieris Elsbe vxoris boecij romani.

Carmen Saphicum
endecasillabum fridiani pigbinucij pro peste
Ad sanctum sebastianum.

Eleyacum Carmen
Lactantij magni poete de situ paradisi or
tu obituq͡z fenicis Incipit feliciter.

Carmen de dolo et
astutia cuiusdam mulieris.

De sancto Johanne

baptista Metrū dicolon Tetrastrophon pri
mi tres versus saphici sz quartus adonicus.

Ut queant laxis resonare fibris
Mira gestorum famuli tuorum
Solue polluti labij reatum
Sancte Johannes
Nunctius celso veniens olympo
Te patri magnū fore nasciturum
Nomen et vite seriem gerende
Ordine promit
Ille promissi dubius superni
Perdidit prompte modulos loquele
Sed reformasti genitus perempte
Organa vocis
Uentris obstruso positus cubili
Senseras regem thalamo manentem
Hinc parens nati meritis vterqз
Abdita pandit

Antra deserti teneris sub annis
Ciuium turmas fugiens petisti
Ne leui saltem maculare vitam
Famine posses
Prebuit hirtum tegimen camelus
Artubus sacris stropheum bidentes
Cui latex haustum saciata pastum
Mella locustis
Ceteri tantum cecinere vatum
Corde presago iubar affuturum
Tu quidem mūdi scelus auferentem
Indice prodis
Non fuit vasti spacium per orbis
Sanctior quisquam genitus iohanne
Qui nephas seculi meruit lauantem
Tingere lymphis
O nimis felix meritisque celsi
Nesciens labem neuei pudoris
Prepotens martir heremique cultor
Maxime vatum

Serta terdenis alios coronant
Aucta crementis duplicata quosdam
Trina centena cumulata fructu
Te sacer ornant
Hinc potens nostri meritis opimis
Pectoris duros lapides repelle
Asperū planans iter et reflexos
Dirige calles
Ut pius mundi sator et redemptor
Mentibus pulsa liuione puris
Rite dignetur veniens sacratos
Ponere gressus
Laudibus ciues celebrant superni
Te deus simplex pariterqꝫ trine
Suplices et nos veniam precamur
Perte redemptis
Gloria patri resonemus deo
Et tibi criste genite superni
Cum quibus sanctus simul et beatus
Spiritus regnat

De sancto petro et paulo Apostolis ymnus doctissime mulieris Elsbe vxoris boecij romani currēs metro iambico archilogo monocolon tetrastrophon et trimetro.

Urea luce et decore roseo
Lux lucis omne pfudisti seculum
Decorans celos inclito martirio
Hac sacra die que dat reis veniam
Janitor celi doctor orbis pariter
Judices secli vera mundi lumina
Per crucem alter, alter ense triumphans
Uite senatum laureati possident
Jam bone pastor petre clemens accipe
Uota precantum et peccati vincula
Resolue tibi potestate tradita
Qua cunctis celum verbo claudis aperis
Doctor egregie paule mores instrue
Et mente polum nos transferre satage
Donec pfectum largiatur plenius
Euacuato quod ex pte gerimus

Oliue bine pietatis vnice
Fide deuotos spe robustos maxime
Fonte repletos caritatis gemine
Post mortem carnis impetrare viuere
Sit trinitati sempiterna gloria
Honor potestas atq; iubilatio
In vnitate cui manet imperium
Et tunc et modo p eterna secula.

Carmen Saphicum
endecasillabum fridiani pigbinucij pro peste
Ad sanctum sebastianum.

Ebastiane iouis alme miles
Non vides quãtam populi ruinam
Det lues tota regione bachans
More leene
Inficit matrum pueros in vlnis
Lacte vescentes simul et puellas
Tertia sed quos miseri parentes
Luce de plorent
Ipsa nam mater laceris capillis

Cogitur natos manibus sepulcro
Ferre cum desint homines iuuando
Condere busto
Robur heu prodest nihilum iuuente
Quãuis hyrcanas superare tygres
Possit in cursu iuuenis vegetus
Spargitur humi
Nec senectutem tremulam relinquit
Intrat effetus olidus per artus
Spiritus teter minime recusans
Ossa trementum
Occidunt sexus vtriusq; turbe
Surgit in cunctos atropos seuera
Fila disrumpens hoim per vrbes
Aruaq; et altum
Hos rapit cernens lupus in sepultos
Hos vorat piscis liquido natantes
Coruus hos rostro terit heu iacentes
Improbus ales
Te precor sancte et venerande miles

Pelle de nostris nebulas fetentes
Finibus: tabem profuga furentem
Mittecꝫ ad vmbras
Afferas lucem miseris nitentem
Sol equos iungat facias salubres
Redeant nobis animi: viruscꝫ
Exeat omne
Tu potuisti populos cadentes
Lurido quondam releuare morbo
Peste cũ magna laborauit omnis
Itala tellus
Perferas ergo rogito sagittas
Que tuũ pectus penetrare totum
Cum voluisti rigidam pro xp̃o
Pandere penam
Libera nostros miseros parentes
Libera natos simul et nepotes
Libera vxores famuloscꝫ fidos
Morte nephanda
Voscꝫ qui vestras animas amatis

Este mandati memores diuini
Criminũ fascem celeres fugate et
Esto parati
Circuit cristus scelerum cateruas
Quos videt culpis nimiũ grauatos
Percutit telo tribuente letum et
Trudit adorcum

¶Oratio ad dei genitricem

Ne tamen infernas tristis rapiaris ad vmbras
Carmine pulsanti virgo parabit opem
Uirgo sub ethereis semꝑ veneranda puellis
Que pia sperantes inte non deseris vnq̃
Cum venit illa dies que nõ nisi corporis huius
Jus hꝫ.et tepidos mors pestilis occupat artus
Ericio succurre meo compesce furentem
Conprime ferales torui predonis habenas
Flectere iter doceas tenuis vbi semita monstrat
Jre per angustam regna ad celestia portam
Dũ mihi vita manet dũ spiritus hos regit artus
Semꝑ honos nomenq̃ tuũ laudesq̃ manebunt.

Telos

Cleyacum Carmen

Lancrãcij magni poete de situ paradisi ortu obituqȝ fenicis Incipit feliciter.

Est locus in primo felix oriente remotus
Quo patet eterni maxima porta poli
Nec tñ̄ estiuos hyemisqȝ ꝓpinquus adortus
In quo sol verno fundit axe diem
Illic planicies tractus diffundit apertos
Nec tumulus crescit nec caua vallis hyat
Sed nostros montes quoꝝ iuga celsa putantur
Per bis sex vlnas eminet iste locus
Hic solis nemus est.et consitus arbore multa
Lucus perpetue frondis honore virens
Cum fetonteis flagrasset ab ignibus axis
Ille locus flammis in violatus erat
Et cum diluuium mersisset fluctibus orbem
Tencalioneas exuperauit aquas
Non hunc exangues morbi non egra senectus
Nec mors crudelis nec metus asper adit
Nec scelus nephandũ nec opum vesana cupido
Aut metus ac ardens cedit amori furor
Luctus acerbus abest et egestas obsita pannis

Et cure insomnes et violenta fames
Nō ibi tempestas nec vis furit horrida venti
Nec gelido terram rore pruina tegit
Nulla sup campos tendit sua vellera nubes
Nec cadit exalto turbidus humor aque
Sed fons in medio quē viuū nomine dicunt
Perspicuus dulcibus vber aquis
Qui semel erumpens p singula tpa mensum
Duodecies vndis irrigat omne nemus
Hic genus arboreum procero de stipite surgens
Non lapsura solo micia poma gerit.

De incolatu fenicis.

Oc nemus hos lucos auis incolit vnica fenix
Unica sic viuit morte refecta sua
Paret et obsequitur phebo memorāda satelles
Hoc natura parens munus habere dedit
Lutea cum primum surgens aurora rubescit
Cum primum rosea sydera luce fugat
Ter quater illa pias in mergit corpus in vndas
Ter quater euiuo gurgite libat aquam
Tollitur post summo cōsidens in arboris alte
Uertice que totum despicit vna nemus

Et conuersa nouos phebi nascentis adortus
Expectat radios et iubar exurgens
Ast vbi sol pepulit fulgentis lumina porte
Et primum emicuit luminis aura leuis
Incipit illa sacri modulamina fundere cantus
Et mira lucem voce cigere nouam
Quam nec iulee voces nec tibia possit
Musica citbareis assimilare modis
Et nec olor moriens imitari posse putatur
Nec cillenee fida canora lire
Postq̃ phebus equos in apta refudit olimpi
Atq; orbem totum pertulit vsq; means
Illa ter alarum repetito verbere plaudit
Non errabilibus nocte dieq; sonis
Atq; eadem celeres etiam discriminat horas
Igniferumq; caput ter venerata silet
Antistes nemorum lucis memoranda sacerdos
Et sola archanis conscia phebe tuis
Que postq̃ vite iam mille peregerit annos
Ac se reddiderint tempora longa grauem
Ut reparet lassum spacijs vrgentibus euum
Assueti nemoris dulce cubile fugit

Cumq̧ renascendi studio loca sancta reliquit
Tunc petit hunc orbem mors vbi regna tenet
Dirigit in siriam celeres longeua volatus
Fenicis cui nomen dedit ipsa vetus
Secretosq̧ petit deserta gauia lucos
Hic vbi per saltus silua remota latet
Tunc legit aereo sublimem vertice palmam
Que gratum fenix exaue nomen habet
Quā nec dente nocēs animal prumpere possit
Lubricus aut serpens aut auis vlla rapax
Tūc ventos claudit pendentibus eolus antris
Ne violent flabris aera purpureum
Neu cōcreta nocho nubes per inania celi
Submoueat radios solis et obsit aui
Construit inde sibi seu nidum siue sepulcrum
Nam perit vt viuat se tamen ipsa creat
Colligit hinc succos et odores diuite silua
Quos legit assirius quos opulentus arabs
Quos aut pigmee gentes aut india carpit
Aut molli generat terra sabea sinu
Cinoma dehinc aurā que pcul spirātis amomi
Congerit et mixto balsama cum folio

Nec cassie mirtus nec olentis fimen acbantis
Nec thuris lacrime guttaq pīguis abest
Hijs addit teneras nardi pubentis aristas
Et sociat mirre pascua grata nimis
Protinus instrato corpus mutabile nido
Uitaliq thoro membra quieta locat
Oraq de hinc succis membris supraq circūq
Inicit exequijs in moritura suis
Tunc inter varios animā cōmendat odores
Depositi tanti nec timet illa fidem
Interea corpus genitali morte peremptum
Estuat.et flammas pertulit ipse calor
Aereoq procul de lumine concipit ignem
Flagrat.et ambustum soluitur in cinerem
Hos velud in massam cineres in morte coactos
Conflat.et effecti seminis instar habet
Hinc animal primū sine membris fertur oriri
Sed fertur vermis lacteus esse color
Creuerit in mensum subito cum tpe certo
Seq ouis teneris colligit in speciem
Inde reformatur qualis fuit ante figura
Et fenix ruptis pollulat exuuijs

Et velut agrestes cum filo ad saxa tenentur
Mutari penne papilione solent
Non illi cibus est nostro cõcessus in orbe
Nec cuiquã inplumem pascere cura subest
Ambrosios libat celesti nectare rores
Stellifero teneri qui cecidere polo
Hos legit hijs alitur medijs in odoribus ales
Donec maturam proferat effigiem
Ast vbi primeua ceperit florere iuuenta
Efflat ad patrias iam reditura domos
Ante tamen ꝓprio quicquid de corꝑe restat
Ossaqꝫ vel cineres exuuiasqꝫ suas
Unguine balsameo mirraqꝫ et thure soluto
Condit et in formam cõglobat ore pio
Quã pedibus gestans cõscendit solis adortus
Inqꝫ ara residens promit in ede sacra
Mirandam sese prestat prebetqꝫ vehenti
Tantus ibi decor est tantus abundat honor
Principio color est qualis subsidere celi
Micia quem croceo punica grana legunt
Qualis inest folijs que fert agreste papauer
Cum pendens vestit sole rubente polus

Hoc humeri pectusq; decens velamine fulgent
Hoc caput hoc ceruix summaq; terga nitent
Caudaq; porrigitur fuluo distincta metallo
In cuius maculis purpura mixta rubet
Clarum inter pennas in signe desup iris
Pingere seu nubem de super alta solet
Albicat in signis mixto viridante smaragdo
Et puro cornu geminea cuspis hyat
Ingentes oculos credas geminosq; iacinctos
Quorum de medio lucida flamma micat
Equata toto capite radiata corona
Que phebi refens verticis alta decus
Crura tegunt squame flauo distincta metallo
Ast vngues roseus pingit honore color
Effigies inter pauonis mixta figuram
Cernitur. et mixtam phasisis inter auem
Magniciem terris arabum que gignitur ales
Vix equare potest seu fera si sit auis
Non tñ est tarda vt volucres q̃ corpe magno
Incessus pigros pergraue pondus habet
Sed leuis et velox regali plena decore
Talem in aspectum se prebet vsq; hominum

Conuenit egiptus tanti admiracula visus
Et raram volucrem turba salutat ouans
Protinus insculpũt sacrato in marmore formã
Et signant titulo remq; diemq; nouo
Contrahit in cetũ sese genus omne volantum
Nec prede memor est vlla vel vlla metus
Allituũ stipata choro volat illa peraltum
Turbaq; persequitur munere leta pio
Sed postq̃ puri peruenit ad etheris auras
Mox redit ista suis conditur illa locis
Hec fortunate sortis natiq; volucris
Cui de se nasci prestitit ipse deus
Femina sit vel masculus hec seu forteq; neutrũ
Felix que veneris federa nulla colit
Mors illi venus est sola est in morte voluptas
Ut possit nasci hec optat ante mori
Ipsa sibi proles suus est pater et suus heres
Nutrix ipsa sibi semper alumna sibi
Ipsa quidem sed nõ eadem quia ipsa nec ipsa
Eternam vitam mortis adepta bono)

Carmen de dolo et astutia cuiusdam mulieris.

Umme ꝑeus caueat ducat ne mala cõiunx
Ne miseri socio cõnumerandus eat
Que faciẽda negat et que sꝫ obuia patrat
Coniuge punitus vir miser ante fuit
Quadam vicinis iunctus cum luce sederet
Pila. ceperunt varia verba loqui
Alternant iuxta seriem sua verba querela
Quilibet et narrat que sibi damna videt
Bis binis latere vicinus iungitur ille
Primus et incipiens de muliere refert
Omnia que coago mea perfida dissipat vxor
Jam crapulis scortis iam modo fert alijs
Fert aliusqꝫ tua coniunx peior mea multo
Me spernunt homines garrulat hic in eos
Ternus responso sua dixit simplici damna
Cara nimis cupide femina vina bibit
Ach ego quid dicã coniunx ꝙ adultera viuit
Cumqꝫ domo desum cõuocat hec alium
Quintus ait colitis dignas auro mulieres
Ora domate viri. nam mea deterior
Ut mea prenimio pignusqꝫ furore corisei
En faciam pono. credere non adhibent

Omnes gaudētes ponūt ꝓ quo pignore certent
Cumqꝫ domum lustrat femina pepla lauat
In mūdis manibus q̄ tangere masculus audet
Tunc culpatqꝫ virum flendo marita suum
Quam vir subsanans lateri supponit vtriqꝫ.
Brachia tunc centrum curritur absqꝫ mora
Temporis affines amborum cena pusillum
Post vocat vxorem sic loquebatur eam
En dilecta mea cunctos cōuiuia nostros
Accersi affines et resonare mihi
Secum leteris iram domitando rogeris
Cum nos abcedant hi mala ne referant
Illud ait mulier votum spondebo libenter
Me cernes gratam hospitibus placidam
Ortis in vernis letanter mensa paratur
Cenandi spacij cum adijsset hora
Limpida transsluxit rapida quos gurgida ripa
Sublimum fundum semꝑ huic aderat
Et circūposuit ornata sedilia. scāna
Uxorem summo ponit adesse loco
Accedat ꝓius mulier vult ipse maritus
Insane sapiens. cedit et illa retro
Illam cum curis non horum aduerterat vllus
Nomine demonij decidit illa sibi
Littora transcendit ripe. capit atqꝫ tridentem
Hospites ille peto sitis vt auxilio

Unus dicit ei decurras littora ripe
Uxorem attente si cupias querere
At vir nequaq̃ʒ quia viã curro sinistram
Noui semp̱ eam. sic obitu videar
Hanc vnus semiuiuam vix traxit amicus
Donum perpetuo suscipe in domino
Lene cum dapibus cõuiue nempe fruuntur
Temporibus vite scis memorare mee
Cum domini luce mense sociatur vterq̃ʒ
Cogitat hec herum fallere posse suum
Optima fert vina facie dicit simulata
Accipe tu lete et optima vina bibe
Accipit hec igit̃ haustus nõ lance metitur
Equali. stare sedere nec valuit
Et velut exanguis fusus tellure iacebat
Spiritus exalat nec bene corda leuat
Claustrum tũc hylaris lente nõ vxor adibat
Uerbola funebria protulit illa sua
En meus attente vestro cupit ordine cõiunx
Esse comes vitam vult reserare suam
Egrotat mortem referatis eum. dabo vobis
Argenti multum si fuerit placidum
Exultant monachi mulieris supplici voce
Expertes qm̃ nobilis eris erant
Atq̃ʒ domũ veniãt cappamq̃ʒ duuntq̃ʒ coronã
Huic radunt portant nimio cum iubilo

Circuitus spacio mox cũ custode reponunt
Parca mandante sic obijsse putant
Postea lux tacitas vt primũ depulit vmbras
Et solis nitidus orbe micat radius
Oscitat hesternum dissutis vndiqꝫ malis
Et sobrius factus surgit et egreditur
Defuncto surgente viro perterritur ille
Seruulus. absqꝫ mora defugit athonitus
Inter et hec verbabilis dicit fugiendum
Et vere demon regnat et est in eo
Hic cernẽs seip̃m coronatũ vel crine rasum
Res miranda satis sic ait secꝫ videns
Cappatũ. memorat vnde hoc dñs sibi q̃ dat
Credit. et deuotus protulit ore suo
O deus oĩpotens qui presbiter en tibi factus
Sum. domus atqꝫ mea facta monasterium
Non tibi ꝑpetuo grates sat dicere possum
Procidit et grates multiplices dederat
Suspicit exurgens. obnixa mente reuoluit
Structuram templi sepeqꝫ orat ibi
In dedecus ꝓpria mihi talia cõtulit vxor
Utputa sueuerunt calliditate viro
Terminat in deũ monachatus laude maritus
Uitam. mansit ibi mortis adusqꝫ diem)

¶Deo gratias.

Sillaba communis tempora qua positum

Et natura sua producit modo explanat et ex

huius accentus est accentus enim regit illa

Tempus et accentus non prius predicta notatur

Sed duo sunt alia satis exponuntur manifesta

Tempus et accentus per se debent notificari

Sillaba longa longa brevis est hec duo tantum

Ergo de brevibus et de longis sibi nomina sumedi

Primo pone quod ut recte prosodieris

Illa longa erit in qua tamen diptongus habetur

praecedit vel incurrabit sive sequentem et eum ponabit

Consona vocalis precedens bina vel una

Duplex composita dictis vel immediate

330 331
332 333
334 335
336 337
338